

Ad

Audiendas prid. Non. Sept. A. hujus MDCCIV
horâ IIIX. antemerid:

II i
1648

ORATIONES

D U A S,

Alteram

HENRICI GOTTLÖBII KOEH.
LERI,

Roth-Schœnb : Misnici.

è contubernio suo in Academiam Lipsiensem
prosperis auspiciis abituri,

De

TRISTIBUS FATIS CARDINALI.
UM REGNA TURBANTUM,

Alteramq;

CHRISTOPHORI HENRICI
BERNHARDI, Lips.

abeuntem illum bonis omnibus prosecuturi,

De

CARDINALIBUS NONNULLIS
LAUDABILIBUS,

Utramq; recitandam è promptâ memoriâ,

Omnes suos, & literarum elegantiorum Fautores ac aesti-
matores in ædium suarum atrium convocat huma-
nissimâ invitatione,

De C A R D I N A L I B U S I P S I S

differendo,

M. JOH. JAC. STÜBELIUS, Illustr. Scholæ Con-R.

Officia quoq; gratissima singulis affuturis pro iporum
facilitate repositurus.

MISENÆ, Literis CHRISTOPHORI GÜNTHERI,



Austr
Gallic
Regi
fariis
ac sva
nari
les o
qvan
posse
set, q
que
hæc
aliqu
invit
CAR
nibu
hīc,
li oc
nym
cro
emi
min
Lau
titia
lum
juxt
sun
ter

(α)
si
ar
(β)
P

Tenax instituti animus cessare nescit, & feriarum impatiens est, nisi cum otia ingrata & acerba fecerit subrepens morbus, quem tam profligatum novissimè, receptis viribus, maximopere lætamur. Itaq; qvicqvid etiam vacui temporis, qvod pauxillum est, provinciæ traditæ ratio permittit, domeſica ſibi vendicat Institutio, ut vices adeò ſuas publici privatiq; labores partiantur, & utrobiq; proſimus juventuti, Reipublicæ in ſpem educandæ, duabus qvaſi areis instru&tis aucupium pium exercentes. Geritur autem hoc negotium à nobis vel qvietis tacitisq; , vel ſtrepitum edentibus haud inconcinnum, qui ab aliis percipiatur, Industriæ noſtræ futuris teſtibus. Tentatum ejusmodi qvid me minere conatum horum fautores, cum domi poſito in theatro ſolos eos ſtatuiamus, qvos intra parietes domiciliū confeſſi ſecundaria cura provehere contendit. Et jam qvoq; facimus periculum aliquando in producendis duobus ornatissimis adolescentibus, extra ſcenam & fabulam diſertè memoriterq; loquutuſis. Ambo tempori aptantes dicenda, favorem ve nantur auditorum. Et prior qvidem, ad Academiam mittendus orcheſtram, cum ſecum æſtimâſſet argumenta confabulationis mutuæ inter homines prudentiores, qvalia jam ſunt frequentiora, intelligens, non temerè convenire aliquos, qvibus non plurimus ſit fermo de *Cardinalibus*, qvos vocant, audaciſſimis, E manuele Ferdinandō, cognomine *Porto Carrero*, & Mi chaele *Radziewiowſkio*, à qvorum altero in domum.

Au-

Austriacam iniqvissimo, Hispaniæ Imperium rapinæ
Gallicæ ac discrimini præsentissimo, ab altero, infenso
Regi: justiori, Poloniæ dissidiis intestinis turbisq; ne-
fariis & cruentis expositam novimus; annuente me
ac svadente insuper, rerū exitus non faustissimos omi-
nari voluit ipsis, exemplo aliorum, qvi simili spectabi-
les ostro, similibus ingeniis atqve conatibus fata per-
qvam funesta sibi accersivére. Qvidq; ipsi evenire
posset jucundius, honoriq; nobis certiori cessurum es-
set, qvā si meo in atrio ad audiendum eum sodalem
qve confluenter, qvotq; Misena nostra & Vicinia
hæc literarum ornamentis præditos, & existimatione
aliqvā viventes numerat atqve suspicit? Hos verò
invitandos duximus istâ scriptione, qvā scienda de
CARDINALIBUS explico breviter indicoq; , ut sermo-
nibus illorum vacare velint. Non dissimulabimus
híc, varios Autores, nec paucos, in hac materiâ nobil-
i occupatos fuisse. Inprimis nominandus est Hiero-
nymus Manfredus, qvi de Cardinalibus & eorum sa-
cro Collegio jampridem librum aliquem in lucem
emisit. (α) Idem alii fecére plures, certo qvodam volu-
mine comprehensi, qvos inter Martinus Garatus, J&tus
Laudensis excellit. Nec silenda Caroli Cartharii No-
titia Cardinalatus , (β) aliaq; Jacobi Cochellii, titu-
lum eundem præ se ferens. (γ) Atq; his ex fontibus,
juxtaq; illis, qvos subinde monstrabimus, haurienda
sunt, qvæ ad institutum hoc pertinent. (δ) Præter cæ-
teros à nobis inspecta est notitia dignitatum illustri-

A 2 um

(α) Bononiæ separatis A. 1564. fol. & in Tractatu Tractatum notis-
simo, Venet. edit. 1584. Tom. XIII. p. II. ubi compiures, qvi hoc
argumentum tractavére, constipanrut,

(β) Sive de Ejus origine, dignit: præminentia & privilegiis, Romæ,
1652. (γ) Romæ, A. 1635. (δ) Zimmermann, in Florilegio
philol. hist. p. 207, qvos nominet, ibi vide,

um Joh. Christophori Becmanni, (ε) unde huc facientia multa petere licuit. *Nominis* rationem qvod attinet, derivant eam à cardine, qvasi Cardinales qui dicentur, essent mundi sive terræ Cardines. Qvæ Friderici Spanheimii verba sunt. (ζ) Becmannus adductus Cardinales præcipios ac principes esse docet, si qvod nomine significetur, consideres, allegatq; inter alios Henr. Spelmannum (η) & Franciscum Duarennum. (θ) Idemq; à cardine qvidem dici confitetur, non autem idē, qvod summo Pontifici maximè adhærent, qvis sit velut Cardo totius Ecclesiæ, uti Leo IX. voluerit: (ι) sed à Cardine, pro insigniori Ecclesiâ DEI aut parœciâ, cui præerant primū, accepto. Qvâ in re Spanhemium habet secum consentientem. (κ) Boxhornium verò refellit, qvi (λ) à regionibus urbis Romæ appellatos singat, qvarum cura singulis demandata, cum cœli cardines sint regiones. Licet Hübner⁹ eodem ferme inclinet, qvi ait, Fabianum, vigesimum primum Episcopum Romæ sive Pontificem, Romam, (μ) in certas distribuisse dioeceses, & cuiq; certos præfecisse Presbyteros: qvia igitur jussi fuerint constanter suis aedes coetibus, & sic qvasi ostia custodire, à Latinâ voce Cardo, Cardinales appellatos. Et à Barbosâ (ν) qvidem traditur, nomen Cardinalis à Sylvestro inventum. A tenui origine honor ille surgens paulatim incredibilia sumvit incrementa. Levavitq; nos labore in hujus investigatione insumendo ulterius M. Joh. Franc. Buddeus, dato schediasmate historico de Origine

ne

(ε) v. Ejus dissert XIV. & XVII. (ζ) Introd. ad Hist. S. utriusque Testam. Sec. XI. u. VI. p. 309. confi Gabr. Palæotus P. I. Q. 4. Confistor. p. 43. (η) Glossario voce Cardinalis. (θ) de sacr. Eccles. minister ac benef. L. I. c. 3. p. 1548. (ι) Epist. ad Micheam c. 2. (κ) loc. cit. p. 181. (λ) Hist. univ. ad A. C. 1. (μ) T. III. hist. Qv. p. 10. (ν) Jur. Eccles. L. I. c. 3.

ne Cardinalitiae dignitatis, [e] qvo discrimen ingens inter veteres illos & hodiernos Cardinales ostendit, quales ante seculum XI. non extiterint. Qvomodo ab inferiore gradu ad id culminis, inqvo nunc superbiunt, itum fuerit, Spanhemius explicat. (π) Extant etiam olim editi Claudio Martinus Bajardus U. J. D. & Gundisalvus de Villadiego, qvorum ille de Cardinalatū Origine & officio, hic de Origine & potestate Rom. Ecclesiæ Cardinalium scripsit. (ε) Præterea copiosè admodum egit de Cardinalium origine & dignitate Gregorij Leti libro eo, qvem Ceremoniale Historico-Politicū dicere ipsi libuit. (ζ) Ab aliis exceptum illud de dignitate Hieronymi Cardinalitiâ, secundum antiquorem illum statum, Petrus de Natalibus commemora verat: Sed Joh. Cinellius in vitâ Doctoris hujus, lingvâ Italicâ compositâ, (τ) fabulis meritò an numeravit. Qvod & relatu indignum habuerat Viatorius. Certè dignitas ista in immensum crevit, ut ansam inde arripuerit Andreas Barbatia de Cardinalium præstantiâ commentandi, cui scripto addidit nonnulla Johannes de Gradibus. Quemadmodum & Hieronymus Platus Mediolanensis Jesuita librum de Cardinalis dignitate & officio: nec minus alium Johannes Hieronymus Albanus, Bergomâs, de Cardinalatū dignitate publicavit. Ludovicus Maimburgius affirmat in Historiâ Pontificatûs Gregorii M. prioribus seculis nomen Cardinalium omnibus Ecclesiarum Episcopis Presbyteris & Diaconis, certo titulo constitutis, tribui solitum. (ν) Nono adhuc seculo Cardinales inferiores Archiepiscopis & Episcopis fuisse asserit Spanhemius. (φ) Et Cardinalatum struxisse gradum ad

A 3

Digni-

(ο) Jenæ, 1693. 12. in Actis Erud. rec: Anno jam allegato.

(π) Introd' ad H. Ecel. N. T. p. 309. seqv: (ε) in Tract. Tract: jam allegato. (ζ) v. Act. Erud. 1681. p. 304. (τ) Florent. 1688. 4.

p. 35. (ν) vide Act. Erud. A. 1686. p. 313. (φ) Introd. cit. p. 234. ex Onuphr. L. dc Cardin, & Johann. Diac. L. I. c. 7. vita Gregorii.

Dignitatem Antistitis Beccmannus (x) statuit, simul referens eos sub Clemente IX. vel Alexandro III. ipsis illis præferri cœpisse, qvod indignè tulerint nonnulli; Ad testes hīc provocat summos Petrum Svavem (†) & Jac. Augustum Thuanum. (ω) Innocentius IV. primus sanxit, ut dignitas Cardinalium Pontificiæ proxima in Ecclesiâ Romanâ haberetur, [a] & Cherubinus eam cæteris Ecclesiasticis Dignitatibus utique præstantiorem jaſtitat. [b] Qvanqvm ante hunc seculo XII. incrementum potestatis ejus vendicat Alejandro III. Spanhemius, cum fastigium dignitatis & purpuram Innocentio IV. & Bonifacio VIII. qvi seculo XIII. vixere, deberi contendat. [c] Demum, ut ambitionis mortalium semper majora concupiscit, Principibus etiam anteferri, aut tamen æqvari voluerunt. Itaq; in contentionem etiam de prærogativâ cum Paribus, ut vocantur, Galliæ descendere A. M DC XIV. qvibus & prævaluisse dicuntur, [d] primâ sede ipsis permisâ. Sed Principibus ortis regio sanguine coacti sunt cedere. [e] Neqve Principes Italiæ ferunt eorum se postponi. Venetiis tantum, qvod optaveré, impetrant. [f] Ipsiſ Electoribus Imperii Romani superiores venditare se non dubitârunt, [g] Majestatem regiæ parem affeſtantes. Joh. Freinshemius eam litem examinavit, [h] qvi caput postremum, quo Electoribus locum digniorem adjudicaturus erat, non absolvit. Nec Hispaniæ Proceribus prærogativa Cardinalium probatur. (i) Qvomodo autem dignitatem su-

am t
jicit,
siām
tii ej
stigi
illor
Hus
dos
& ta
orbis
Sem
Alex
guè
fine
spiri
dum
apic
tes.
chie
gess
suffi
sum
niur
qvo
litus

am
[k] Ju
de
In
9
G
21
ca
di
Eu

(x) l.c. (†) L.V. p.525. (ω) Libro LXXIX. ad A. M DLXI.

(a) v. Freh. Theatr. p. 1. (b) Bullario magno T. I. bullâ XV. (c) Introd. cit p.311. (d) v. Gramond hist. L. I. p.55. f. (e) v. Petr. Svav. L.V. p.525. & Thuan L LXVIII. ad A. 1561. it. Gramond l.c. (f) v. Geſtherrſch Europa P. II. p.52. (g) v. Casp. Sagittar. Introd. in H.E.c.31. p.771. (h) Diatribis V. Argentorati 1663. .4. (i) vid. Diar. Europ. Contin. XI. p. 439.

am tueantur, Sprengerus prodit, (k) Et Beclmānū sub-
jicit, qvid qvanticūq; (l) desiderent. Extra controver-
siam amplissimus est eorum Senatus, [m] & Sacerdo-
tii ejus insignis honor, & sacrosanctum dignitatis ta-
stigium, ut Masenius & Jovius vocant. (n) Sanctumq;
illorum audit Collegium, (o) seu purpuratum. Ipse
Hussus epistolā qvadā ad Cardinales, dicit Reveren-
dos patres, qvi Apostolorum vicem in teris gerant,
& tanq;am Principes custodesq; sint, omnes terminos
orbis suā luce collustraturi: (q) Jacobus Spinola planē
Semideos appellat, oratione nomine Genuensium ad
Alex: VI. Pontif. habitā [r] Boxhornius verò ambi-
guè vocat Sacerrimos Patres. (s) Lambertus Danæus,
sine ambage ullā principes facit inter tres impuos
spiritus, exeuntes ad regnum Antichristi propagan-
dum. [t] Splendidior *Titulus* arguit summi splendorem
apicis, qvem adepti sunt, & primas, qvas obtinent, par-
tes. Communem Reverendissimi antehac cum Ar-
chiepiscopis & Episcopis, & Illustrissimī cū Principibus
gesserunt. Cum illi non amplius honoris cupiditati
sufficerent, novum hodieq; ve usitatū Eminentissimi as-
sumsere, in summæ prærogativæ discrimen ac testimo-
nium. Qvod Mense Junio A. M DC XXX. contigit,
qvo illis Eminentiaē titulus ab Urbano VIII. stabi-
litus fuit. (u) Cardinales qvidem Principum stirpe

pro

- [k] Jur. publ. L. II. c. 35. Nova Rrmæ L. IV. c. 1. [l] Beclm. diss. XVII.
de not. dign. c. i. n. 8. p. 3357. (m) Masen. an. hist. P. I. c. 23. p. 19.
[n] P. Jov. hist. sui temp. L. I. (o) v. Petr. Ambr. Lehmanns
Zeitherrsch. Europa P. II. p. 77. (p) v. Leutholff iekstreg. Welt
Schaubühne P. IV. p. 15. [q] v. D. Walpurgers I. Theil Hussens
Historien p. 54. (r) Orat. clar. hom. Vnetiis impreß: 1559. fol.
21. col. 2. (s) Epist 84. (t) v. Ejus Tr. de Antichristo. c. XXXV è
cap. XVI. Apocalypſ. v. 13. & 14. (t) Mercur. Gallo-Belg. ad
dictum Annū. (u) v. Act Erud. A. I. 188. p. 525. Im Zeitherrsch.
Europa, steht P. II. p. 79. Annus 1550 haud dubie per σΦαίλμα.



Titul
Caspa
Card
cere
nem
etian
riæ, C
um F
his C
eoru
augu
Vati
Ciam
ager
man
theca
se Co
qvib
est o
fiæ C
& Jo
pulo
Pont
Cum
tam
reus
rii, &
Phili
eode

progeniti Altitudinis titulum postulabant: sed irrita erant ipsorum hæc vota, renuente Pontifice, ac asseverante firmiter, ordinis dignitatem eā, qvam nascendi sorte naṣti essent, ampliorem esse. Neque pertæsum est Franciscum Panigarolam ejus studii, qvod de titulo Cardinalium impedit scriptio. (w) Oficia tantæ dignationi convenientia enumerat Beccan-nus. (x) Inter qvæ potissimum recensetur jus eligendi supremū Pontificem, scilicet è corpore suo. Patrocinio qvoq; suo adjuvant negotia regnum, & beneficio-rum vacantium & concedendorum curam gerunt. Porrò res nosodochiorum, collegiorum, ordinum, cœnobiorum, fraternitatum tractant (y) Tum Sacerdotiis præsunt maximis, & beneficiis Ecclesiasticis cumulan-tur. Munus eorum non postremum est, Pontifici summo consilio semper operaq; adesse suā. Qvare in-primis coēunt in Collegia sacra, qvæ Congregationes vulgo appellant, à qvibus res religionis ordinari & controversiæ omnes decidi solent, (y) autoritate à consensu Pontificis dependent. (1.) Denique lega-tiones insigniores obeunt (2.) Scripsitq; Andreas Barbatia de Cardinali legato à latere. De qvo argu-mento qvoq; librum jam nominati Bajardi habe-mus. Ordo illorum triplex objicitur. Sunt enim, Cardinales Episcopi, Presbyteri, Diaconi. (3.) Sex E-piscopos plerumq; constituunt, qvinquaginta Pres-byteros, & qatuordecim Diaconos. (4.) Consuli potest hic Onuphrii Panvinii, Veronensis de Episcopatibus,

Titulis

(w) ibid. (x) Diff. XVII. Not. dignit p. 135 4. (y) Lehmann Zeht-herrsch. Europa P. II. p. 77. f. (z) v. Leutholff Schaubühne der Testzreg. Welt P. II p. 10, (1.) v. Voëtius Politica Eccles. P. I. L. I. p. 34. & Beccm. diff. de notit. dign. XIV. c. 1. n. 7. p. 376. (3.) vid. Bellarmin. L. I. de Clericis cap. 16. (4) Lehmann Zeht-herrsch. Europa. P. II. p. 77.

Titulis & Diaconiis Cardinalium liber, (5) & conferri
Caspar Ferdinandus, Toletanus, qvi de statu & officio
Cardinalium tres libros composuit. (6.) Curq; reti-
cere vellemus Francisci Cardinalis Albitii disceptatio-
nem de Jurisdictione Cardinalium, (7) qvæ exigitur
etiam à Cherubino; (8) alteramq; illam Francisci Ma-
riæ, Cardinalis Brancatii de optione sex Episcopatu-
um Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut non jungere,
his Caroli Barthol. Piazzæ lucubrationem de Titulis,
eorum ac Diaconiis ? (9) Speciatim aliquis è tam
augusto Collegio, eruditione spectabilior, Bibliothecæ
Vaticanæ præesse jubetur. Proinde placuit Johanni
Ciampino de Cardinalibus Vaticanæ bibliothecariis
agere, in Examine libri Pontificalis, seu vitarum Ro-
man: Pontificum, qvæ sub nomine Anastasii Biblio-
thecarii circumferuntur. (10) In universum præstant
se Consiliarios perpetuos, Pontifici semper assistentes,
qvibus & aulæ Pontificiæ , ditionibus passim auctis,
est opus. (11) M. Antonius de Dominis totius Eccle-
siæ Catholicæ Procuratores & Commissarios vocat, (12)
& Joh. Corasius (13) Papæ Christi vices gerentis disci-
pulos. Ivo autem Carnut: (14) Cardinales à latere
Pontificis mitti scribit, tanquam filios ipsius uterinos.
Cum civilibus applicant se functionibus, extra orbi-
tam nimis defletere videntur. Sic Mercurius Herbo-
reus Gatinara Cardinalis, in aulâ Caroli V. Cancella-
rii, & Antonius Granvellanus supremi ministri apud
Philippum II. Regem Hispaniarum munus obiit. Sic
eodem tempore tres maximos Christianæ Reip. Reges

B. DIVINORUM LIBRORVM
triūm

- (5) ed. Parif. 1609. (6) v. Alegambe in Biblioth. Jesuit. (7) Rom. 1668.
(8.) Tom. II. Bullarii M. n.37. (9.) Viterb. ed. 1662. (10.) Ed. Ro-
mæ, 1688. (11.) v. Beccan. not. dign. P. II. Diff. XVII. p. 131.
(12.) de Rep. Eccl. L. IV. c. 5. n. 95. (13.) Qvæst. Epistol. c. 8. p. 21.
(14.) Epist. ad Paschalem P. M. c. IX.

trium Cardinalium consiliis rectos narrat Antonius
Maria Gratianus. (15) Et quis nescit Ximenem in Hispania,
Richeliū & Mazarinū in Galliā rerum quondam arbitros? (16) Tolerabilius fortè hoc, quam cum militaria subeunt munera: quod fecisse ipsos manifestum, exemplis Octavii & Alexandri Farnesiorum, ambo-
rum Cardinalium & Pauli III. Nepotum, quos hic belli
adversus Protestantes moti Duces elegit. (17). Inter
illustres copiarum duces pariter Cardinales Ferdinandus Austriacus, Richelius & Mazarinus comparent
in illustrium belli Ducum Elogiis Italicis, de promptis
à Laurentio Crasso Neapolitano, Barone de Pianurā.
(18.) Nec peccare hujusmodi bellatores peculiari scri-
pto arguit Henr. Ludov. Castanæus, Episcopus Piétavi-
ensis. (19) Sicut & Cardinalium exercitibus præfecto-
rum defensionem suscepit Andreas Viñorellus. Ut so-
li creant Pontificem, ita *creatio* eorum quoque à solo
Pontifice peragitur, vel sponte suâ vel commendatio-
ne Regum vel Reip. Venetæ adducto. Ceremonias,
qvibus id fiat, Petrus Ambrosius Lehmannus exhibu-
it. (20) De creandorum præstantiâ, numero, ordine,
ætate ac virtutibus, qvæ reqvirantur, apud Cherubi-
num fit mentio. (21) Multum hic datur gratiæ ipsi-
us Pontificis & commendantium. Sæpe merita spe-
stantur, & cooptantur aliqui hoc in Collegium, rebus
benè curatis, qvæ ipsis ut Nuntiis, Legatis aut mi-
nistris alterius generis injunctæ fuerant. Aliis favo-
rem conciliat scientia sua, ut novissimè Norio, aliis
natalium excellentia & cognatio, (22) aliis alia causa
levior. Indignos nonnunquam legi is nuper anim-
ad

- (15.) *Theatr. hist.* p. 197 (16) vide omnino *A&E. Erud.* de Anno
MDC XCV. p. 268. (17.) *Becm.* citat. *Diss. XIV.* (18.) *Vener.*
ap. *Comb. & la Nou.* 1683. 4. (19.) *Apologiâ pro clericis Bellar.*
A. 1615. ed. gallicè. (21.) *Gehthersch. Europâ P. II,* p. 80. f.
(22) *Tom. II, Bullarii M. n. 50.*

advertisit, qvi lepidè dicit, qvandoq; capita pileis im-
ponendis carere, qvandóq; pileos capitibus destitu-
tos esse. (23) Et qvid de eo habendum, cum de Olympi-
piâ Innocentii X.amicâ memoratur, eam auro corru-
ptam promiscue nonnullos ad hanc dignitatem e-
vexisse? (24) Profectò non falsò creditur jus promo-
vendi & renuntiandi Cardinales opimam aurifodi-
nam esse Romani Pontificis. [25.] Sub Victore II. primus
Princeps Cardinalis est factus Fridericus Lotharingiæ
Ducis filius; (26.) & hunc plures secuti sunt. Neqve
tamen conditio familiæ distingvit eos. Eo incedunt
ordine, qvo Cardinales effecti. [27] Actus iste Cardina-
latio antiquitus dicta. [28.] Primo confessu recens
creato Pontifex os claudit, hoc est, vult eum non gau-
dere suffragii jure, donec altero confessu os ipsi ape-
riatur. [29] Semper inveniuntur, qvi dignitati huic
avidé inhiant: non rard qvosdam spes sua & cupidi-
tas frustratur. De Cardinalitio decore frustrà sperato
à Riveriano antistite apud Priolum (30.) legitur, ne
muricem qvidem natum fuisse, cuius sanguine vellus
Cardinalium tingeretur. Et à me lectum aliquando,
Româ reversum Parisios, elusâ spe simili, distillationi-
bus vexari cœpisse molestissimis. Qvo cognito ca-
villator aliquis, ridens ambitionem ejus, censuit, hoc
nemini mirum in eo fore, qvòd sine pileo tantum viæ
relegerit. Rarissimè accidet, ut qvis renuat ac relu-
ctetur, uti Bellarminus fecit, flens nonnisi honorem-
um accipiens, (31) & Gravina diu hæsitans, ac tan-

B 2

dem

(23) vid. Europ. Fama P. III. p. 247. (24) Curios. Aletophili Hist.
mor. civ. & aulici c. 14. § 69. p. 137. (25) v. Leutholff Schaubüh.
nep. 31. P. II. (26) Spanh. introd ad H. E. p. 310. (27) v. Aletophili-
lum cit. p. 25. (28) v. Baron. T. II. ad A C. CLIII n. 95. & conf. hist.
remarqv. 1659 p. 99. ubi Arnold. Piëtav. epitaphium. (29) Geßth.
Europ. l. c. p. 81. (29) rer. Gall. L. IV. c. 18. (30) v. Fuligatum vitæ
Ejus. (31) Theat. Europ. T. XI. fol. 318.

dem Clementis X. literis permotus. (32) Illud non prætermittam, qvod Julius III. decreto qvodam prohibuerit, fratrem germanum Cardinalis alicujus viventis in hoc fastigium attolli. De numero siqvareris, pristinis temporibus intra paucos eum stetiisse competitissimum est. A Pontifice autem Sixto V. provisum, ut septuaginta essent, rationibus huc tractis, (33.) nempe pro numero discipulorum CHRISTI. (34.) Qvem tamen Pontifex pro lubitu augere potest vel minuere. [35.] Memorabile id judicamus, qvod Leo X. Ann. M D XVII. Cardinales XXXI. uno qvasi spiritu creaverit, qvod anteà nunquam factum erat, [36.] qvasi res Romana lapsura plurimis indigeret fulcris ac tibicinibus. Inter ornamenta sive Insignia Cardinalium, ut ea Fuligatus in vitâ Bellarmini vocat, eminent galerus sive pileus ruber, aut roseus, ut Paulo Jovio dicitur [37.] qvô à Pontifice donantur. Huc referenda vestis crocea, de qvâ Josephi Mariae Sveresi dissertatio extat (38.) Purpuræ honorem Idem Jovius prædicavit. (39.) Signumq; id putatur, qvod moneat, eos pro Ecclesiæ salute ac fide ad sanguinem vel ad necem usq; profundendum paratos esse. [40.] Cujus rei statim lœto animo recordatus est Joannes Fisherus, Episcopus Roffensis in Angliâ, cum diebus non multis ante mortem, decretam ab insaniente Henrico VIII. perlata ad eum fama esset collati honoris hujus à Paolo III. (41.) Institutum hoc primùm ab Innocentio

IV.

(32.) v. Bulla Sixti V. de anno 1586, in Bullar. Cherub. T. II. p. 426.
vid. m. Oratio singularis, de præsenti Europeæ statu anno 1640.
4. ad Principes populosq; Europæos directa. (33.) Lehmann.
Zeitherrsch. Europ. P. II p. 77. (34.) Beermann, diss. XVII. p. 1359.
Notitiæ suæ. (35.) Hist. Eccl. Goth. L. II. c. V. Sect. I. p. 7 8. (36.)
Hist. sui temp. L. I. (37.) Romæ. 1675. (38.) Elog. doct. Vir. n.
145. p. 290. (39.) Freh. theatr. p. I. c. I. (40.) vid. Gratianus
Theatr. hist. dc Cas, illustr. p. 217. (41.) Romæ. ed. 1592.

IV. in Concilio Lugdunensi I. Onuphrius, Ciaconius,
Bzovius tradunt, A&is Concilii tacentibus. Sed se-
riori ævo tribuit id Calvisius in opere Chronologico,
affirmans Paulum II. Cardinales insignivisse veste coc-
cineâ, rubentiqve petafo. Innotuere Antonii Scappi re-
sponsa de Birreto, ut ipse nominat, rubeo Cardinali-
bus dando. [42] Sprengerus insuper nos docet, addi
aureum annulum cum Sapphiro, omnemq; eorum
depingit habitum. (43) Itidem Lunadoro de colo-
ribus Cardinalium sermo est multus, [44.] nec non per-
sonato illi Curioso Aletophilo. (45.) Præpollet reli-
qvis ruber ille seu purpureus. Unde Purpuratos Pa-
tres vulgatò nomine nuncupant. In Nugis Venali-
bus per illusionem Elephanti vocantur Scarlati & cœ-
rulei, qvos parit Antichristus. Vana dignitas effet,
& ornamenta inania, si *reditus* dignitati & splendo-
ri non responderent. Atqve hi qvidem impares
sunt, at satis luculentí cuiusq;. Sprengerus toties
allegatus ait, pauperiorum ordinarios mille & qvin-
gentos conficere coronatos. (46) Qyibus dignitatitam
sublimi minùs congruis pauci acqviescunt. Capi-
unt alii qvotannis tantum vestigalis, unde mul-
tum redundare potest; & qvod hinc inde corradunt,
[fide Antonii de Dominis loqvor] (47) in tantum ex-
crescit acervum, ut mille Episcopi, egregie laborantes,
iis pecuniis sustentari possent, qvas pauci auferant
Cardinales. *Privilegia* non sunt tenuiora. Qvod re-
gulis Cancellariæ, qvam dicunt, non sunt obnoxii,
magnum habet Beermannus, (48.) nec vilius illud,
qvod rem afferentibus plenissima fides est achibenda.
Deinde offendentes aliquem ex ipsis gravibus indictis

(42) J P L II c. 35. (43) p 310. (44) de la Corte di Roma. (45)
Cur. Alteophili Hist. moris civ. & aul. c. 10 p 70. (46) Remæ nov.
L. IV. c. 8. (47.) l. c. L. IV. c. 5. (48.) P. II. Notit. dign. p. 1358.

pœnis coërcentur. (49.) Campanas in ædibus habere nemini Romæ licet, nisi Cardinalibus. (50.) A Sententiâ Collegii Cardinalium approbatâ non datur provocatio. Si Cardinalis sit Episcopus, non potest convinci criminis damnariq; sine LXXII. testibus, si Presbyter, non sine XLIV. si Diaconus, non nisi XXXVII. coactis. (51.) Jus Afyli primum etiam arrogatum usurpatumq; pessimo exemplo Urbanus VIII. variis Editis persecutus est; ut in libello Gallico de Legatione, Marchionis Lavardini relatum. (52.) Hoc oppidò singulare, qvod maleficum ad supplicium ducendum, obviam ei venientes, veste injectâ suâ vel pileo testum, eripere valent carnificis manibus, & ab instanti nece liberare. (53.) Qvod uberior exposit & illustravit Joh: Corasius. (54.) Qvanquam Julius Clarius à se nunquam visum compertumq; profiteatur, (55) qvod concinentibus testimonis Bartholus, Baldus, Balthasar à Salicetô, Farinacius (56) aliiq; plurimis persuadere. Cùm nihil præterire voluerim, nec intactam relicturus sum sanctionem, qvam Romæ superesse ferunt, decernentem, ut Cardinalis liberi orbi, ceu legitimi hæredes, omnia defuncti accipiunt bona, exclusis ab eō beneficiis agnatis: cùm tamen aliorum Sacerdotum & Clericorum soboles spuria & infamis existimetur, (57) cui nulla sit speranda hæreditas. Qui plura de Privilegiis & potestate Cardinalium cognoscere avet, Antonium Dianam evolvat (58) prolixius omnibus

-
- (49.) Cherubinus Bullar. M. T. I. n. XVI. (50.) Curios. Aletoph. Tr. pol. hist. cap. V. §. 16. p. 29. (51.) Videatur Hostiensis & Joh. Andreæ in cap. Licet universis de Testam. v. etiam Capitulationem Caroli ab Ansegiso collectam L. I. Can. 139 & Spelm. in Glossar. voce Cardin. (52.) I. v. Act. Erud A. 1689. p. 279. (53.) Spreng. J. P. LII. c. 35. (54.) Qvæst. Epist. c. 8. p. 21. (55.) c. V. §. fin. c. 98. (56.) Part. I. Fragm. crim. v id. etiam Codex de Appellationibus. (57.) vid. Zechherſch. Eur. P. II. p. 82. (58.) T. IX. Resolut. Moral. Tract. VII.

omnia perseqventem, qvàm mihi spatiis inclusò angustioribus conceditur. Fortuna verò Cardinalium quantumvis excelsa sit & pinguis, & à multis optetur ac expetatur cupidissimè, fuere tamen, qui acquisitam eam possessamq; abdicatione voluntariâ deseruerunt. Sprengerus, ut alibi sic etiam hic sciendi desideriū explebit: [59] Becmañus quoq; ac [60] Zeñerus in sciscitantes hic sunt perqvàm officiosi. Referunt autem isti, Camillum Pamphilium Innocentii XI. ex fratre nepotem, cum Cardinalis regens, ut dicitur, manere potuerit, conjugium cum Aldobrandinâ honori summo ei & felicitati prætulisse. [61] Ex iisdem & aliis exploratum nobis est, Heinricum Portugalliæ regnum, cum infulâ illa commutasse, Sebastianô amissõ, aut extincto, & Joh. Casimirum regnum Poloniæ, fratre Udaldislaõ mortuo, illâ prius habuisse atq; potius, & coronam maluisse auream, unâ cum fratribus viduâ Louysâ Mariâ Nivernensi. Nec aliunde accepim⁹, Franciscū, Episcopū Tullensem & Cardinalem, Ducem Lotharingiæ ductâ Claudiâ patrueli, Caroli Leopoldi, bellō Turcicō & Gallicō tantoperè celebrati patrem, condidisse familiam Lotharingicam, rerum hodiè in Lotharingiâ potitam. [63] Ferdinandus Gonzaga similiter fertur, facram deposuisse purpuram, ut fratri Mantuæ Duci Francisco mortuo absq; morâ succederet. Albertus Archidux Austriae Cardinalis erat diaconus, cum autem Hispaniæ Regis filia Isabella, cum dote tam splendida Belgii offerretur ei, petasum illum sanctiorem abjecit, acceptâ illâ in matrimonium, ac lora capefssivit, qvibus Belgicas provincias regeret. [64] Recentissimum est exemplum Reinaldi Mutinensis seu Modenæ Ducis

[59] Romæ novæ L IV. c. 4. [60] Diff. XVII. n XI. Notitia sua p. 1359.
[61.] Conf. Cur. Aletoph hist. Mor. civ. & Aul. p. 136. [62.] Strauch,
contin. Sleid. m. p. 414 [64] conf. Ant. Wilh. Schowart Obs. hist.
Geneal. p 48 & seq. [64] Tradit. hac Zennerus in Nov. Lit. Ost
anno 1696 p. 1653.

OK
Ti
1648


Ducis, jam à Gallo vexati ac ditione suâ exuti. Adscitus
hic fuerat Anno M DCLXXXVI in Cardinalium ordinem; sed vale-
dixit Ecclesiasticæ vitæ, cùm Franciscō sublatō è vivis in Mutinensi du-
catu ipsi successio pateret. Qvō factō Charlottam Felicitatem, Joh.
Friderici Ducis Brunsvico-Lunæburgici gnatam, conjugem sibi soci-
avit. (65) Contrà duo exhibentur in annalibus, qvi Cardinalium
purpuram, qvam cum Pontificiō diadematè mutaverant, dempto istō
exauctorati, receperunt. Prior fuit Joh. XXIII, Pontifex, decretō
concilii Constantiensis Pontificis soliō turbatus; qvi cùm veni-
set Florentiam ad Martinum V, recens electum, & osculō infixō pe-
di ejus, eum ut verum Pontificem, salutāsser, Martinus rerum huma-
narum vicissitudine motus, Cardinalis ei honorem reddidit. (66.)
Posterior est Felix V, qvem Imperatoris Friderici III. precibus ad id
solicitatum, ut spontē abdicaret se magistratu pontificis, & Nico-
lao V. eum cederet, hic benevolentia erga ipsum captus, Cardina-
lem Episcopum Sabinum, additis dignitatum pluribus ornamenti,
creavit. In qvō statu, qvod vita reliquum erat, quietè ab illō exactum
est. (67) Restant PERSONÆ seu Cardinales nominibus suis recen-
sendi. Sed in qvam sylvam, aggressuri hoc, irrueremus? Charta
laxior ista contexendam hanc historiam non caperet, & ut eā su-
perfedere possimus, debemus id diligentia aliorum, ad qvos
Lectorem benevolum alegamus, (68) qvem credimus Maximè Re-
ver. JTTIGIO assensurum non dubitanter, dum de Hæresiarchis
dissertatione absurdum esse statuit Benvénutum Immolensem, qvi
Mahometum S. Rom. Ecclesiæ Cardinalem fuisse afferat. (69) Nec
dubitamus, qvin modestiam nostram benè qvilibet interpretaturus
sit, à qvâ differentes de Cardinalibus non recedendum putavimus,
memores ejus indignissimi convitii, qvod retulit B. QVENSTED-
TIUS, cum per Syncopen CARNALES vocitāsser. (70)

(65) vid. Eund. Schow. p. 520. l. ibid, (66) Platina in Martinō V.
(67.) Onuphr Panv. in. in Epit. Pontif. Rom. f. 310. (68) vid. Sa-
gittar. c. 31. Introd. in H. E. de scriptor. hist. Card. Rom. Theatr. reh.
f. p. 14. seqq. Spreng. Rom. nov. L. IV. C. 3 de Cardin. qvi ejus tem-
pore vixerunt. conf Perspicil. Ejusd. Christ. orbis p. 301. It. P.
Merula de characteribus existentium Anno M DC LX. Autor
des Zehthersch. Europæ nominat hodiernos & describit à p. 5. usq;
ad 86. Conferantur historiae & censurae Conclavium. (69) v. Act. E-
rud. an. 1690. p. 308. (70) v. Phil. Labbe Biblioth. biblioteca-
rum p. 214.

X 2656347

M. E





Q.K. 422, 51.

Ad

Audiendas prid. Non. Sept. A. hujus MDCCIV
horâ IIX. antemerid:

II i
1648

ORATIONES DUAS,

^{Alteram}

HENRICI GOTTLÖBII KOEHLERI,

Roth-Schönb: Misnici,

è contubernio suo in Academiam Lipsiensem
prosperis auspiciis abituri,

De

TRISTIBUS FATIS CARDINALI-
UM REGNA TURBANTUM,

^{Alteramq;}

CHRISTOPHORI HENRICI
BERNHARDI, Lips.

abeuntem illum bonis omnibus prosecuturi,

De

CARDINALIBUS NONNULLIS
LAUDABILIBUS,

Utramq; recitandam è promptâ memorâ,

Omnes suos, & literarum elegantiorum Fautores ac aesti-
matores in eisdem suarum atrium convocat huma-
nissimâ invitatione,

De CARDINALIBUS IPSIS

BIBLIOTHE-
CA PONICKAVIA

differendo,

M. JOH. JAC. STÜBELIUS, Illustr. Scholæ Con-R.

Officia quoq; gratissima singulis affuturis pro ipsorum
facilitate repositurus.

MISENÆ, Literis CHRISTOPHORI GÜNTHERI,

45.

926

B.I.G.

8

